



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

344.E.11.  
24  
2

D. GREGORII  
NAZANZENI THEO  
LOGI DE PAUPERIBVS  
AMANDIS ET BENIGNI-  
TATE COMPLECTENDIS  
ORATIO.

BIBLIOTECA MAZ.  
RODA A  
VINCENZO MANIACI.

PETRO FRANCISCO ZINO  
INTERPRETE.

VIR-  
TUTE  
DVCE



COMITE  
FORTVNA.

VENETIIS,  
M D XLVII.



OPTIMO ATQUE CLARISSIMO

virissimo viro Petro Contareno Patritio

Veneto, Petrus Franciscus Zi

mus. S. D.

Philosophiæ studia, quibus anno iam amplius  
 Patauii operam nano, præclara sunt illa quidem,  
 & omniū cognitione dignissima: tamē ne scio quid,  
 ut omnia ferē hominum inuenta, secum afferunt,  
 quod Christianæ pietati, nisi magna cautio adhis  
 beatur, uehementer officiat. ad ego cum sæpe de uir  
 ris sapientissimos audiuissem, & re ipsa uerum es  
 se iam experirer; ubi primum aliquid temporis  
 uacui à publicis studiis concessum, est ad mansuetio  
 ra illa, quæ intermiseram studia, reuertendi, ali  
 quem mihi ex scriptoribus sacris perlegendum cen  
 sui: ut eius lectione si quid forte impietatis ex pro  
 fanorum uoluminibus haussissem, ex animo, antequā  
 altius radices ageret, depellerem & extirparem.  
 Quamobrem ex omnibus eum mihi potissimum de  
 legi, quem D. Hieronymus se habuisse præceptor  
 rem gloriatur, Gregorium uidelicet Nazanzen  
 num Theologum illum sanctissimum & eloquens  
 tissimum; cuius præstantibus ac planè diuinis ora  
 tionibus non solum in uera pietate ac fide animum

A ii.

meum instrui & confirmari, uerum etiam facultas  
tem orationis, quæ cum in me admodum tenuis exis-  
guaq; esset, peruoluendis barbaris auctoribus, qui  
mibi in ea ratione studiorum, quam institui, necessa-  
riò legendi fuerant, propemodum exaruerat, ali-  
augeriq; senio, præsertim dum illis è græco etiam  
in latinum uertendis ingeniolum meum exerceo.  
Huiusce autem exercitationis specimen ad te mit-  
to orationem illam, qua uir sanctus & pius mirabi-  
li quadam uerborum sententiarumq; copia popu-  
lum ad amandos, fouendosq; pauperes cohortatur:  
quam si tibi non displicuisse intellexero, dabo ope-  
ram, ut reliquæ multò etiam accuratius uersæ pau-  
lò post ad te perferantur. Hanc uerò potissimum  
mittendam duxi non ut te ad promerendum de pau-  
peribus incitarem; cum tanta in eos beneuolentia tã-  
toq; studio sis inflammatus, ut spretis honoribus &  
dignitatibus, quæ tibi pro eximia uirtute tua &  
clarissimæ familiæ splendore facile in ista illustris-  
sima Repu. paterent amplissimæ, totus in eam unã  
curam incumbas: sed potius ut incredibilem Dei  
Opt. Max. erga te amorem agnosceres, cuius dis-  
uino numine afflatus, & incensus eiusmodi prouin-  
ciam complexus es, qua nulla fortasse præclarior,  
nulla ipsi Deo gratior in hac uita reperitur. Reli-

quum est, ut te etiam atque etiam rogem, ut qua be-  
 nignitate superioribus diebus suscepisti libellum il-  
 lum, quem ad te misi, in quo seruatoris nostri **I E**  
**S V C H R I S T I** mortui imago cerne-  
 batur; eadem suscipias hunc, in quo uera eiusdem  
 uiuentis, atque adeo in animo tuo regnantis effigies  
 exprimitur. Quod si pro tua singulari humanitate  
 feceris, ut spero, ad maxima atque innumerabilia  
 tua erga me officia & merita non mediocrem ac-  
 cessisse cumulum existimabo. *Vale. Patavii*  
*Pridie Kal. Augusti. MDXLVI.*

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that this is essential for ensuring transparency and accountability in the organization's operations.

2. The second part of the document outlines the various methods and techniques used to collect and analyze data. It highlights the need for a systematic approach to data collection and the importance of using reliable sources of information.

3. The third part of the document focuses on the analysis and interpretation of the collected data. It discusses the various statistical and analytical tools that can be used to identify trends and patterns in the data.

4. The fourth part of the document discusses the implications of the findings and the need for further research. It emphasizes that the results of the study should be used to inform decision-making and to guide the development of policies and procedures.

5. The fifth part of the document provides a summary of the key findings and conclusions of the study. It highlights the main points of the research and the implications for the organization and the industry.

D. GREGORII NAZAN-  
ZENI THEOLOGI DE PAUPE-  
ribus amandis & benignitas  
te complectendis

ORATIO.



**V**IRI FRATRES, quiq[ue]  
in eadem mecum egestate uersa  
mini (licet enim alius alium habē  
do superare uideamur, dum nos  
exiguīs modulis metimur; paupes  
res tamen sumus omnes, & diuinæ gratiæ indige  
mus) hunc de subleuandis beneuolentiāq[ue] pro-  
sequendis pauperibus sermonem non angustis  
sed benignis animis suscipite, ut regnum celo-  
rum consequamini; Deumq[ue] simul orate, ut dicē  
ti mihi adsit, orationisq[ue] copiam præbeat, qua ue-  
luti diuino illo cibo è cælo demisso, aut paucis il-  
lis panibus, ego quoque ut Moses olim, & IESVS  
postea uerus panis ueræq[ue] uitæ author  
tot hominum millia ad satietatem usque pauer-  
unt in solitudine, animos uestros alere satura-  
re q[ue] possim, atque ita spiritalem esurientibus pan-  
em frangere ac subministrare. Certe quemad-  
modum in prato multis & odoratis floribus re-  
ferto haud facile est pulcherrimum omnium &

Exo. 16. c.  
Mat. 8. b.  
Io. 6. b.



fragrantissimum inuenire , unoquoque tū odor  
re tum pulchritudine trahente spectantium ocu  
los, seq; ut primum carpant inuitante : sic inter  
uirtutes difficile est cui tanquam præcellenti pal  
ma tribuenda sit, sententiam ferre. Quamobrem  
ut id inuestigemus, ita considerandum censeo.

Gen. 15. b.

Ro. 4. d.

Gen. 4. d.

Ro. 9. d.

Io. 4. c.

Gen. 19.

Io. 2. d.

Matth. 12. d.

Gen. 1. c.

Præclaræ sunt hæ tres uirtutes fides, spes, chari  
tas: ac fidei quidem testis est Abraham iustifica  
tus ex fide: spei autem Enos, qui primus ad in  
uocandum dominum adductus est spe, cunctiq;  
iusti, qui propter spem res aduersas p̄pessi sunt:  
charitatis uero Diuus Apostolus, qui propter  
Israël ausus est aliquid etiam contra se loqui, &  
Deus ipse, qui charitas uocatur. Præclara uirtus  
est hospitalitas, declaratq; id ut ex iustis Lot inco  
la quidem Sodomæ, sed a Sodomorū moribus  
alienissimus: sic ex peccatoribus Raab meretrix,  
nec tamen meretrix proposito, quippe quæ lau  
dem & salutem est affecuta propter hospitalita  
tem. Præclara uirtus est mutua inter fratres bene  
uolentia; testimonio sit ipse I E S V S, qui nō  
modo fratrem se nostrum uocari non recusauit,  
sed mortem ipsam pro nobis subire uoluit. Præ  
clara uirtus est humanitas, quod facile ostendit  
idem I E S V S, qui non solum hominem fe  
cit, ut bene beateq; uiueret, eamq; pulueri imagi  
nem adiunxit, quæ ipsum ad honestissima quæq;  
perduceret,

perduceret, rebusq; diuinis conciliaret, uerum etiam pro nobis ipse factus est homo. Præclara uirtus est lenitas animi, ut idem I E S V S ostendit, cum nec legiones angelorum poposcit aduersus eos, à quibus oppugnabatur opprimebaturq; & Petrum, qui gladium eduxisset, increpuit, atque auriculam ei cui abscissa fuerat, restituit. Utq; testatus est, postea Christi discipulus Stephanus, dum pro iis, à quibus lapidibus obruebatur, precaretur. Præclara uirtus est mansuetudo, cuius sanè rei locupletissimi testes sunt Moses, & Dauid, eorumq; magister non contentus, neque clamans, neq; in plateis uocem emittens, neque resistens iis à quibus ducebatur. Præclara uirtus est zelus; testatur id Phinees, qui Madianitem cum Israëlita confodit, ut dedecus à filiis Israël remoueret; quo sanè facto gloriam etiam adeptus est: & qui post illum dixerunt, Zelans zelauit Deo Domino omnipotenti: & Zelus enim uos Dei zelo: & Zelus domus tuæ comedit me: quiq; nō solum ita locuti sunt, sed rebus ipsis uerba confirmarunt. Præclara uirtus est corporis afflictio; persuadeat id tibi cum Paulus se ipsum adhuc erudiciens, & exemplo Israël terrorem incutiens iis, qui sibi fidunt, & corpori indulgēt: tum ipse I E S V S dum ieiunat, dum tentatur, tentatoremq; superat. Præclara uirtus est pre

Matth. 2.  
 Matth. 26. e.  
 Luc. 22. f.  
 Act. 7. 6.  
 Num. 12. d.  
 Reg. 1. 17. 2.  
 Matth. 12. b.  
 Num. 25. b.  
 3. Reg. 19. b.  
 2. Cor. 11. d.  
 Psal. 68. b.  
 1. Cor. 9. d.  
 Rom. 11.  
 Matth. 4.

B

*Matth. 26. d.* catio & uigilia : persuadet id tibi **I E S V S**,  
 qui ante cruciatus & mortem uigiliæ precatio-  
 nisq; incubuit. Præclara uirtus est castitas & uir-  
 ginitas: persuadeat id tibi Paulus, qui de his le-  
*1. Cor. 7.*  
*Luc. 2. d.* ges tulit, æquaq; tum coniugio , tum cœlibatui  
 præmia constituit, **I E S V S** etiam ipse na-  
 tus ex Virgine, ut & legitimam liberorum pro-  
 creationem commendaret, & ei tamen uirginita-  
 tem anteferet. Præclara uirtus est temperantia:  
*2. Reg. 23. 6.* persuadeat id tibi Dauid, q̄ potitus aqua ex pua-  
 teo Bethlehem, eam non bibit, sed libauit tatum  
 modo , nec cupiditatem suam explere uoluit re-  
 alieno capitis periculo comparata. Præclara est  
*3. Reg. 18.*  
*Luc. 3.*  
*Luc. 6. b.* solitudo, & quies, quod docet Carmelus Eliæ, Io-  
 hannis solitudo, mons **I E S V**, super quem sæ-  
 pe fecesisse eum constat , atque ita secum trans-  
 quille uersatum esse. Præclara uirtus est frugalia-  
*3. Reg. 17.*  
*Matth. 3. d.* tas, ut docet Elias quiescens apud uiduam, Iohã-  
 nes tectus Cameli pilis , Petrus denarioli lupi-  
 nis enutritus. Præclara uirtus est animi summissio:  
 cuius rei cum multa undiq; exempla se offe-  
 rant, in primis excellit illud seruatoris & domini,  
 qui ita se se summisit abiecitq; , ut serui persona su-  
*Matth. 27.* scepta non modo se contumeliose conspui, atque  
 inter facinorosos enumerari sustinuerit ipse mū-  
 di peccatorum expulsor ; uerumetiam in figura  
*Io. 13. d.* habituq; seruili discipulorum pedes abluerit.

Præclara uirtus est inopia & contemptus pecuniarum, ut Zacchæus & ipse CHRISTVS testatur, dum ille quidem ad ingressum CHRISTI omnia ferè distribuit; hic autè in ea re perfectam uiuendi rationem consistere, diuitem docet. Præclara est illa uitæ ratio quæ in contèplatione, præclara etiam illa, quæ in actione uersatur. altera nos à terrenis ad sublimia erigit, & in sancta sanctorum ingrediens mentem nostram reducit ad id, cui necessitudine quadam coniuncta est: altera CHRISTVM suscipit, eiq; inseruiens factis ipsis amoris magnitudinem indicat. Harum uirtutum singulæ sunt singulæ ueluti uia, quæ ducunt nos ad aliquam felicitum illarum sedium & sempiternarum. Quemadmodum enim sunt uariæ uiuendi rationes, ita multæ sunt apud Deum sedes pro sua cuiq; dignitate distributæ & assignatæ. Proinde unus quidem hanc uirtutem exerceat, alius illam, hic plures, ille omnes, si fieri potest; modo progrediatur, ad idq; quod est ante, contendat, & pro uiribus sequatur egregium itineris ducem, qui per uia, portæq; angustias ad beatitudinis planitiem perducit. Quod si ex Pauliatque adeo ipsius CHRISTI sententia omnium mandatorum primû & maximum Charitatem ut summâ legis & prophetarum oportet existimare; in ea nihil præstan

Luc. 19.  
Matth. 19.6.

Matth. 7. b.

Matth. 22.

Rom. 13. c.

*Pfal. 88. c.*

*Rom. 12. c.*

tius inuenio , quam pauperes nobisq; coniu-  
ctos beneuolentia, liberalitate, misericordiaq; cō-  
plecti. Nulla enim re perinde conciliatur, deuin-  
citurq; Deus, atque misericordia : ea nanque ni-  
hil eius naturæ magis coniūctum aut proprium  
est, si quidem ante ipsum misericordia & ueritas  
ita præcedunt, ut iudicio tamen misericordia præ-  
feratur. nec ulla re magis quam benignitate beni-  
gnitas rependitur ab eo, qui iuste remuneratur,  
quiq; in lance statera'q; ponit misericordiam. Cæ-  
terum cum omnibus pauperibus & in miseria,  
& calamitate quacunque de causa constitutis pa-  
tesfaciendæ sunt misericordiæ fores; ut illi præce-  
pto, quod gaudere cum gaudentibus & flere cū  
flentibus iubet obtemperemus, cumq; homines  
simus humanitatis & beneficentiæ signa debe-  
mus erga homines exhibere, siue in egestate posi-  
ti sint, quòd aut coniuges aut parètes amiserint,  
aut procul absint à patria, siue propter dominos-  
rum crudelitatem, siue propter audaciam princi-  
pum. Quæstorum' ue inhumanitatem , aut sica-  
riorum cædem, aut furum improbitatem, siue pro-  
pter proscriptionem, aut naufragium : isti enim  
omnes commiseratione sunt digni, atque ita ma-  
nus nostras attendunt, quemadmodum nos Dei  
manus respicimus, cum indigemus. Magis tamē  
ad misericordiam mouere nos debent, qui in soli

tis calamitatibus affecti sunt , quam illi , qui in  
 vulgatis quotidianisq; miseriis uersantur. Maxi  
 me autem omnium miserandi sunt , quos sacer  
 morbus ita corripuit, ut ad carnem usque & os  
 sa atq; medullas, ut de quibusdam est execratio,  
 consumpti corrosiq; sunt, & ab isto abiecto insi  
 doq; corpore proditi . Cui sane corpori quomo  
 do coniunctus sim , ut ex luto compactus Dei  
 imaginem gestem, ignoro. Hoc me, si bene has  
 bet, impugnat; excruciat, si male. Hoc & tanquã  
 conseruum diligo, & auersor ut inimicum. Hoc  
 & tanquam uinculum fugio, & reuereor ut cohæ  
 redem. Hoc conficere studeo, at si confecero, cui  
 ius opera ad res præclarissimas utar, non habe  
 bo . Quare quoniam scio ad eum finem, ad quẽ  
 genitus sum, ad Deumq; mihi per opera ascen  
 dendum, ei ueluti collegæ adiutori q; ignosco; sed  
 quomodo impetum eius declinem , aut à Deo  
 non excidam compedibus detrahētibus, humiliq;  
 me affligentibus non inuenio: Est inimicus iucū  
 dus, & amicus insidiosus. Proh coniunctionem  
 alienissimam. Quod timeo, complector: & quod  
 amo, idem metuo. concilior, antequam pugnem:  
 & priusquam pacem faciam, inimicitias gero.  
 Quæ nam me sapientia & magnum arcanum  
 circumstittit? an eo consilio hoc factum est , ut  
 nos qui diuinitatis participes sumus è cæloq;

originem ducimus, ne propter dignitatem inflati elatiq; creatorem despiciamus, sed ipsius opē inlucta belloq; quod cum corpore gerimus, imploremus, imbecillitatemq; nostram ueluti magistrā ac ducem habeamus, quæ nos officii, conditionisq; nostræ commonefaciat: ut nos, prout ad alterutram partem inclinauerimus, ita maximos, uel abiectissimos; cœlestes, aut terrenos; tēporarios, aut immortales; lucis aut ignis, tenebrarumue fore hæredes intelligamus: hoc sanè modo & has ob causas, meo quidem iudicio, compacti sumus, ut quando propter imaginis formæq; præstantiam efferimur, luti, materiæq; humilitate deprimamur. In his igitur, qui uolunt, philosophentur; nos item opportunius aliàs philosophabimur. Nunc autem quanquam aliena calamitate commotum dicendi me impetus tulit, ut propriæ carnis miseriam imbecillitatemq; dolerem; tamen sic statuo fratres, ut id, quod tanto nobis necessitudinis eiusdemq; seruitutis uinculo coniunctum est, seruemus. licet enim affectione per motus ip̄ illud tāquam in hostem inuectus sim, ipsum tamen amore illius, qui coniunctionem eiusmodi fabricatus est, diligo, complectorq; nec minori curæ nobis esse debere existimo corpora proximorum, quàm cuiq; sit suum, siue ea ualeāt, siue ab ipso morbo conficiantur. Siquidem unū

sumus omnes in Domino, siue opulēti, siue pau- Rom. 12.  
peres, siue serui, siue liberi, siue ualēti corpore, siue  
ægotanti simus: & unum omniū caput, ex quo  
omnia CHRISTVS; & quam proportionem Col. 1. c.  
habent inter se corporis membra, eandem inter  
nos habemus tum singuli, tum uniuersi. Quam-  
obrem non sunt despicienda, negligenda uel cor-  
pora eorum, quos communis infirmitas prius  
inuasit. Neque maior nobis lætitia ex commoda  
nostra, quam ex incommoda fratrum ualitudi-  
ne molestia percipienda est. Præsertim cum hu-  
manitas, quam illis præstamus, unicum nobis ua-  
letudinis nostrorum tum corporum tum animo-  
rum præsidium sit. Sed cōsideremus, quæso, quo  
modo, qui sacro morbo laborant, præ omnibus  
sunt miserandi. Alii nanque una duntaxat, qua  
premuntur, subleuandi sunt egestate, qua tamen  
eos aut ipsa dies, aut industria, aut amicorum pro-  
pinquorumq; benignitas, aut rerum uicisitudo  
fortasse liberabit. Hos autem cum eadem, atque  
haud scio an maior etiam inopia premat, cū nul-  
la sibi ipsi industria opitulari queant, quippe qui  
una cum rebus necessariis carnes etiā amiser-  
int, magisq; quotidie ingrauescentis morbi for-  
midine, quam ulla conualescendi spe teneantur;  
ut ne commune quidem infeliciū solatium spes  
ullam ipsis miseræ leuationem afferat. Inopiæ



præterea morbus coniunctus est, & is morbus, qui omnium maxime est detestandus, cunctorumque execrationibus in primis expositus, ut postrema illa eorum miseræ calamitas accedat, quæ magis etiam, quam morbus ipse eos excruciat, cum animaduertunt congressum aspectumque suum à pluribus euitari, seque nulla alia de causa auerti declinarique & inuisos esse, nisi quod sunt calamitosi. Equidem cum eorum miseræ intuitu lacrymis temperare, tum recordatione non possum non commoueri. Eadem uos item miseratio ne commouemini fratres, ut lacrymis lacrymas effugiatis. Quod tamen euenire scio præsentibus iis, qui & CHRISTI, & pauperum cupidi amantesque sunt; quique & Dei, & à Deo misericordiam habent, eiusque rei nos testes sumus. Proponitur ante oculos nostros spectaculum graue & miserandum, omnibus qui ipsum non uiderint, incredibile; homines mortui qui uiuunt, cum plurimæ illis corporis partes sint amputatæ, neque quinam olim fuerint, neque unde sint, propemodum cognosci possunt; sed parentum, fratrum, patriæque nominibus recensendis se infelices hominum reliquias esse testantur. Ego, inquit, patrem illum habui, ea mihi mater fuit, hoc nomine appellor, tu mihi amicus olim fuisti & familiaris. hoc modo se dignoscendos præbent.

bent. Quo enim alio pristino signo facere id que ant homines nō modo pecunia, cognatione, amicis exhausti, sed ipsi corporibus mutilati: homines qui nesciunt, utrum magis doleant eas corporis partes, quas amiserūt, an illas quas habēt: cas quæ morbo præreptæ sunt, an quæ derelictæ. Ille nanque sunt infeliciter consumptæ, hæ infelicius seruata. Illæ ante sepulturæ tempus euanuerunt, hæ non habent, à quo afficiantur sepultura. Et enim qui alioqui benigni sunt singulari q; humanitate præditi, nulla aduersus istos commiseratione tanguntur, ut in hac una re quod caro simus, quod q; nos abiectissimā corpora circudent, obliiti esse uideamur. Tantum q; abest, ut homines eiusmodi curare uelimus, ut nos tum demum tutos atque incolumes existimemus, si ab ipsis quam longissime recesserimus: cum q; non desint, qui cadaueribus eis q; forte iam pridem fœtentibus appropinquauerint, putida q; animalium rationis expertium corpora pertulerint, ac cœnoppleri se sustinuerint; hos tamen pro uiribus fugimus ac propemodum (proh inhumanitas) q; eundem cum ipsis aëra spiritu ducimus, indignamur. Quid patre coniunctius? Quid clemētius matre: atqui natura ab iis etiam uidetur excludi. Ac pater filium suum, quem genuit, quem educauit, quem unicum uitæ oculum habere se

C

existimabat, pro quo multa sæpe Deo uota faciebat, deplorât illum quidem, sed tamen expellit; atque alterum uolens, alterum coactus facit. Mater autem partus dolorum reminiscitur, eiq; præ dolore uiscera disrumpuntur; uoce admodum miserabili clamat, filiumq; ante positum atque uiuentem ueluti defunctum deflet: Fili miserande, fili qui nullo signo dignosci potes; fili, quem speluncis, & montibus, & solitudinibus alui, cum feris habitabis, petra tibi tectum erit, inuisent te homines illi duntaxat, qui incredibili erunt pietate insignes. Vsurpat etiam miseranda illa Iobi uerba: Cur formatus es in utero matris? cur è uentre ipsius egressus non statim interiisti, ut cum oritu mors coniungeretur? cur immaturus non discessestis prius, quàm mala uitæ degustares? cur tibi genua compacta sunt? cur ubera suxisti infeliciter uicturus uitam morte acerbiores? & cum hæc dicit, tum emittit fontes lacrymarum, & quæ complecti cupit filii membra; ea tanquam hostilia reformidat. Quid? quod plerique omnes uociferantur & sæuiunt non aduersum eos, qui in facinoribus, sed qui in miseris ærumnisq; uersantur? non desunt, qui habitent cum homicidis, qui eandem cum adulteris non solum domo sed etiã mensa utantur; qui cum sacrilegis uiuendi societatem institutam habeant, quiq; illis etiam, à qui

Cap. 3.

bus læsi sunt, propinent, at eos qui eiusmodi affecti sunt morbo, cum nihil cōmiserint, auersantur. Atq; ita meliori loco malitia est, quam ægro ratio. Et, quod inhumanum est, tanquam liberale complectimur; quod autem commiseratione, humanaq; pietate dignum, ceu turpe spernimus atque despiciamus. Expelluntur à ciuitatibus, extruduntur ab ædibus, à foro, à congressibus, à uicijs, ab ipsa (O calamitas) aqua; ut fontes etiã ac flumina, quæ illis cōmuniter cū alijs hominibus fluunt, contagione inquinari contaminariq; credantur. Cæterum, quod maxima admiratione dignum est, quos, ubicunque fuerint tanquam nocentes ac ueluti piacula expellimus, quosq; ad nos rursus tanquam innoxios reuocamus, ijs non ad habitandum loca decernimus, non quæ uictui, uulneribusq; curandis necessaria sunt, exhibemus, quo morbum ipsum pro uiribus contegamus. Ea re fit ut diu noctuq; inopes, nudi, incertis sedibus uagentur, morbum ostentantes, enarrantes originem, creatoris opem implorantes, utentes alienis membris loco eorum, quæ sibi desunt, inuenientes uidelicet membra ueluti Sophistæ, quibus misericordiam moueant. Postulant autem frustulum panis, aut paululum obsonii, aut detritæ uestis particulam, quæ fœditatem operiant, aut ulcerum aliquod

ex consolatione solatium. Verum humanis erga illos uidetur non qui subuenit indigentia, sed qui non acerbius eos dimittit. Plerique tamen ipsorum non detinentur pudore, quominus in conspectum & frequentiam hominum ueniant; quin ob id potius ab inopia pelluntur ad hæc concilia & solennes ac sacros hos cætus, quos ad excolendos animos excogitauimus, uel cum ad mysterium aliquod conuenimus, uel festos dies in honorem martyrum ueritatis celebramus; ut quorum certamina ueneramur, eorum pietatem imitemur. Ac tametsi uerentur hominum aspectum propter calamitatem, quippe qui ipsi quoque sint homines; & montibus ac speluncis, aut syluis, aut nocte denique ac tenebris obtegi malent, repunt tamen in medium miserabile pondus & lacrymis prosequendum. Quod tamen fortasse non temere fit, sed ut nos infirmitatis nostræ commonefacti intelligamus rebus, quæ adsunt, quæque uidentur, nullis tanquam stabilibus aut firmis inhaerendum innitendum uel esse. Prosterunt autem se partim audiendi, partim uidentur homines desiderio; partim ut parua uitæ uaticina ab iis, qui diuitiis affluunt corrogent. Omnes quidem certè miseras suas publice exponunt, ut aliquo modo subleuentur. Cuius animus non horum lugubrem concentum modulantium la-

mentationibus perfringatur? Quis aut auribus  
 tantum, aut oculis spectaculum perferre possit?  
 quidam iacent inter se male propter morbum cō  
 iuncti, & alius alii calamitatis aliquid ad excitan  
 dam misericordiam mutuatur; atque ita quisque  
 veluti miseræ cumulus accedit, ipsa quidem ca  
 lamitate miserabiles, sed calamitatis consensu cō  
 iunctioneque miserabiliores. Circumstat ipsos cō  
 mista hominum corona, qui eorum quidem mi  
 seria sed exiguum ad tempus commouentur ac  
 dolent. Quidam uero ad pedes hominum pro  
 uoluuntur sole, puluere, sæuo nonnunquam fris  
 gore, & imbre, uentorumque turbine eò magis ex  
 cruciati afflictique, quo magis eorum tactum per  
 horrescimus ac detestamur. At sacris quæ in ec  
 clesia peraguntur cantibus eiulantium luctus re  
 spondet; & aduersus arcanas uoces cantilena mi  
 serabilis excitatur. Verum non est neesse uni  
 uersam eorum calamitatem nobis diem festum  
 celebrantibus explicare. Nam si diligentius sin  
 gula, quæ tragicè dici possent, persequerem, uos  
 item fortasse in luctum adducerem, & celebra  
 ris lætitiâ commiseratio superaret. Hæc autem  
 dico, quoniam dolore uoluptate, celebritate mœ  
 stitiam, indecoro risu honestas lacrymas aliquân  
 do potiora esse nobis persuadere nondū possum.  
 Isti quidem ita ac multo etiam calamitosius affe

Cap. 10. b.

fecti sunt, quam ego commemoravi; qui tamen apud Deum uelimus nolimus sunt fratres nostri, eandem quam nos sortiti naturam, eodem luto compacti, quo primum geniti sumus, neruis ossibusq; similibus confuti, pelle & carne similiter amicti, ut quodam loco inquit beatus Iobus, cum inter cruciatus philosopharetur, & ea quæ uidentur in nobis, contemneret. Quinetiam, si id quod maius est, dicere oportet, eadem quam nos imaginem & acceperunt, & fortasse melius tuentur, quam nos, etiam si corpora confecta habeant eundem CHRISTVM secundum interiorem hominem induerunt: eodem Spiritus sancti pignore donati; earundem legum, oraculorum, testamentorum, sacramentorum, mysteriorum, spei participes. pro iisdem item CHRISTVS mortuus est, qui totius mundi peccatum tollit: cœlestis uitæ sunt cohæredes, quanuis præsentis possessione propemodum exciderint: sepeliuntur una cum CHRISTO, unaq; cōsurgunt, siquidē cōpatiuntur, ut glorificentur. Nos autē qui magni, nouiq; nominis hæreditatē accepimus, ut appellemur a CHRISTO gens sancta, regale sacerdotiū, populus acquisitionis & electus, bonorum ac salutarium operum æmulatores; CHRISTI discipuli illius mansueti atq; humani, qui infirmitates nostras portauit, q̄ semetipsum abiicit, ut formā nos

1. Pet. 2.

strā sumeret, carnēq; hāc atq; terrenū hoc taber  
 naculū gestaret, q; deniq; p nobis doloribus, mo  
 lestiisq; cumulatus est, ut nos diuinitatē cōseque  
 remur. quid nos, inquam, qui tā ingens pietatis,  
 atq; cōmiserationis exēplū accepimus, de iis cogi  
 tabimus? quid faciemus? despiciemus? ne? prateri  
 bimus? derelinquemus ut mortuos? ut detestabi  
 les? ut serpentes ac feras teterrimas? nequaq; si a  
 tres. Neq; n. id decet alūnos CHRISTI pasto  
 ris illius boni, qui quod aberrauerat, reducit: q; pe  
 rierat, exquirat: & q; est infirmū corroborat: neq;  
 ēt patitur humana natura: quæ ex æquali imbes  
 cillitate pietatem & benignitatem ediscens mise  
 ricordiaē leges in animis nostris inscripsit. Verū  
 illi quidem sub dio misere uitā agent, nos autē æ  
 des splēdidissimas habitabimus marmoribus ua  
 riis exornatas, auro atq; argento, lapillorūq; sub  
 tiliū ac minorū textura, tabularūq; uarietate q;  
 si qbusdā illecebris spectatiū oculos capiētes ac p  
 stringentes. Et cū has incolemus, tū alias ædifica  
 bimus. At qbus? fortasse ne nostris qdē hæredib.  
 sed peregrinis alienisq;, q nos nō modo nō amāt,  
 sed q; est malorū extremū, capitali odio atq; incredi  
 bili iuidia psequūtur. Et illis qdē detritū lacerūq;  
 uel forte etiā nullū suppetet uestimentū, quo se ab  
 iniuria frigorū defendant. Nos autē uestiū mol  
 liū in terramq; circūfluentiū copia abūdabimus

Exe. 33.d.



ex tenuissimis aëreisq; tum lini, tum Serum telis  
contextarum. Ex iis autem & illæ, quas gestabis  
mus nobis dedecori potius erunt, quam ornamē  
to. quicquid enim modum atque usum excedit,  
id ego ignominiam afferre magis, quam laudem  
existimo. Et quæ intus erunt reconditæ præterq̄  
quod inutili nos molestaq; solitudine afficient,  
escam tineis ac tempori cuncta consumenti sup-  
peditabunt. Illi ne rebus quidem uictui necessa-  
riis abundabunt. ò delicias meas & miseras eorū  
angustias: sed ante fores nostras exclusi atq; esu-  
rientes iacebunt, corpore sibi ne occasiones qui-  
dem quibus ad postulandum utantur submini-  
strante; quippe qui & uocibus ad conquerendū  
careant, & manibus, quas in supplicationibus  
protendant, & pedibus, quibus ad diuites acces-  
sant, & respirationibus, quibus uocem in lamen-  
tationibus commodè possint intendere. id unū  
quod omnium malorum grauisimum est, ipsi le-  
uissimum putant, cæcitatem; quin etiam oculis,  
quibus capti sunt, gratulantur, quoniam propriā  
calamitatem non cernunt. Atque illi quidem ita  
se habent. nos uero in sublimibus altisq; toris, su-  
perfluisq; & intactis stragulis splendidi splendi-  
dè recumbemus, indignantes, si uel querclarum  
uocem exaudiamus. Oportet præterea floribus  
sæpe etiam præter tempus conspersa nobis pau-  
menta

menta redolere, mensasq; unguentis quum odore tum artificio & sumptu preciosissimis redundare, ut magis etiam efforminemur. Ad hæc pueros astare partim in ornatu & ordine promissis capillis & molles, cesarieq; faciei elaborate magis, quam expediat, ac commodata, procacibus oculis exornatos; partim cæces suramis digitis elegantissime simul ac totissime sustinentes; partim flabellis super caput ventulum ingeniose facientes, aurisq; de manibus emisissis carniū multitudinem & reliqua refrigerantes. Mensas porro & conquisitissimis impleri cibis, elementis omnibus; luxurie nostræ copiam subministrâtes, ære, terra, aqua, & roborum, popinatorumq; artibus contrahi & in angustum redigi, propositis præmiis, si quis excogiter novos modos, quibus gula nostræ blandiatur, & alliciat ventrem graue pondus, malorumq; fontem, ac feram maxime tum insatiabilem tum infidam, quæ cum ipsis cibus, quos deuorauit, statim consumitur. Atque cum illis sane bene agitur si possint aqua sitim extinguere. Nos autem maxima vini pocula ingurgitamus, ad ebrietatem usque; & supra ebrietatem etiam, si qui sunt intemperantiores. Ac alia quidem uina repudiabimus, aliud ut odoriferum laudabimus, de alio facunde differemus; damnūq; nos fecisse putabimus, nisi ex laudatis pe

D

regnum aliquod uinum, quod inter domestica  
atque nostratia quodam modo dominetur, adfu-  
rit. oportet enim nos delicatos, neq; iis quæ feti-  
ulus contentos aut esse aut certe uideri; quasi tur-  
pe ducamus, nisi existimemur serui tum uentris,  
tum eorum quæ sub uentre sunt. Cur hæc facis-  
mus, fratres? cur nos item animis agrotamus,  
qui quidem morbus eo difficilior est corporis  
morbo, quod hunc quidem nouimus ad inuitos  
accedere, illum uero uolentes inuadere. Vnus si-  
mul cum ipsa uita dissoluitur, alter è uita decer-  
dentes consequitur. Vnum miseratione, alterum  
odio prosequendum existimant omnes qui sar-  
piunt. Cur non opitulamur naturæ dum facul-  
tas conceditur? cur non tuemur carnis humilita-  
tem, qui caro sumus? cur in fratrum calamitati-  
bus delicias agimus? absit, ut uel diuitiis abunde  
his in egestate constitutis, uel bona ualitudine  
fruar, nisi horum uulneribus opem feram, uel ui-  
ctum abunde aut uestitum aut tectum possideã,  
nisi his & panem frangam & uestimenta pro fa-  
cultate distribuam, & tectum ad quiescendũ con-  
cedam. Omnia nimirum aut reponenda sunt  
CHRISTO, ut ipsum sublata cruce uere  
& ex animo sequamur, & nullo detrahente nos  
pondere leues expeditiq; ad superiora uolemus,  
unumq; CHRISTVM pro omnibus

lucremur, per humilitatem sublimes, per paupertatem diuites effecti: aut certe cum C H R I S T O partienda, ut quodam modo id etiam, quod possidemus, propterea quod eo recte honesteque utamur, & cum iis qui non habent, communicemus, expietur sanctūque efficiatur. Quod si mihi uni seminauero; seminem utique, & alii comedant. Atque ut iterum utar uerbis Iobi, pro frumento orietur mihi tribulus, & pro hordeo spina urens uentus auferat, & tollat procella labores meos, ut incassum laborauerim. Etsi horrea construxero ex iis quæ Mamonæ sunt congregans; etiam Mamonæ hac ipsa nocte repositar animam redditurus rationem eorum quæ male parauī & condidi. non ne tandem aliquando resipiscemus? Non ne indolentiam, ne dicam contemptum, abiiciemus? non quæ sunt hominum cogitabimus? non in alienis malis nostra bene componemus? nihil enim est in rebus humanis natura stabile, nihil æquabile, nihil sufficiens, nihil in eodem statu permanens: sed omnia quadam ueluti rota circumuoluuntur: diuersas sæpe diebus singulis atque etiam horis uicissitudines afferente; ut instabilibus uentis, & nauigii mare secantis uestigiis, & noctis insomniis, quorum breuis est gratia, & iis quæ per ludum in arena fingunt pueri, magis fidendum sit, quam

D ii

præsenti hominum prosperitati. Quare prudenter faciunt, qui propterea quòd non fidunt rebus præsentibus, rationibus suis consulunt in futurum. Et propter instabilem incertamq; humanam felicitatis conditionem, benignitatem, & misericordiam, quæ nunquam deficit, complectuntur: ut unum ex tribus omnino consequantur, uel ut nunquam indigeant, quandoquidem Deus hæc bona sæpe largitur hominibus piis; ut eos benignitate ad misericordiam incitet; uel ut fiduciam habeant in semetipsis apud Deum, quippe qui non propter improbitatem, sed propter quendam dispositionis ordinem mala perpesi sint: uel deniq; ut ab iis, quibus res prosperæ, secundæq; fluunt, tanquam debitam sibi reposcant humanitatem, quam indigentibus præstiterunt ipsi, cum in secunda fortuna uersarentur; ne gloriatur (inquit) sapiens in sapientia sua, neque diues in diuitiis suis, neque fortis in fortitudine sua, etiam si ad summum uel sapientiæ, uel opum, uel potentia peruenerint: atque ut ego addam quæ sequuntur, neque illustris, & gloriosus in gloria, neque sanus in sanitate, neque formosus in pulchritudine, neque adolescens in adolescentia; neque (ut paucis omnia complectar) alia ulla in re ex iis, quæ hic laudantur ab ipsa inflatus. Sed in hoc solum gloriatur, qui gloriatur, quòd intelliget et

*Jerem. 9. d.*

exquirat Dominum, quodque calamitosos com-  
 miseratur, & in futurum sibi aliquid benignita-  
 tis reponit. Cætera enim fluxa & temporaria  
 sunt, & quæ ueluti in taxillorum ludo huc illuc  
 transmutantur, & transferuntur, cum nihil sit pos-  
 sidentis tam proprium, quod non uel tempore de-  
 ficiat, uel inuidia dominum mutet: hæc autem sta-  
 bilia certaque sunt, neque recedunt, neque decidunt,  
 neque spes credentium frustratur. Mibi quidem  
 & propter hanc causam nihil esse certum & diu-  
 turnum uidetur in rebus humanis, & illud potif-  
 simum, siquid aliud, mirabili consilio ac sapien-  
 tia illa, quæ omnem intelligentiam superat, con-  
 stitutum esse, ut ludamur in iis, quæ uidentur,  
 quæque alium aliàs & locum & dominum inueni-  
 tes sursum deorsum feruntur, & commutantur,  
 præterque discedunt, & aufugiunt, quam capiuntur,  
 ut earum incertitudine uolubilitateque perspecta  
 omni animi impetu ad ea, quæ futura sunt, con-  
 tendamus. Quid enim faceremus, si prosperi re-  
 rum successus in eodem statu nobis persisterent,  
 qui incertis caducisque tantopere addicti sumus:  
 adeoque rerum præsentium uoluptate deceptio-  
 neque delinimur & capimur, ut iis nihil melius, ni-  
 hil sublimius cogitare possimus; præsertim cum  
 ad imaginem Dei & audiamus & credamus nos  
 esse factos, quæ & cœlestis est, & nos ad seipsam

trahit? Quis sapiens & intelliget hæc? Quis  
 prætercurrentia pertransibit? Quis permanenti-  
 bus adhærebit? Quis præsentia tanquam abeun-  
 tia, quis ea quæ sperantur ut permanentia. confia-  
 derabit? Quis ea quæ uera sunt ab iis, quæ ueri  
 speciem prætendunt, ita discernet, ut illa sequatur  
 hæc aspènetur? Quis imaginè à ueritate? Quis  
 terrenum habitaculum à ciuitate cœlesti? Quis  
 hospitiū à patria? Quis tenebras à luce? Quis  
 limum profundi à terra sancta? Quis carnem à  
 spiritu? Quis Deum à mundi principe? Quis  
 mortis umbram à uita illa sempiterna separabit?  
 Quis emet præsentibus futura? Quis fluentia  
 diuitiis eas, quæ non dissoluuntur? Quis  
 iis quæ cernuntur ea, quæ non uidentur? Beatus  
 qui hæc diiudicat, quiq; acri rationis indagine di-  
 uidens ac secans præstantius à deteriore ascensio-  
 nes in corde suo facit, ut inquit diuinus ille Da-  
 uid, & uallem lacrymarum hanc fugiens totis ui-  
 ribus superna quærit, & mundo crucifixus cum  
 CHRISTO consurgit, & cum CHRIS-  
 T O conscendit, illius uitæ, quæ nunquam  
 deficit, quæ nunquam fallit aditurus hæreditatē,  
 ubi serpens capiti suo cauens calcaneum non ob-  
 seruat. At nobis reliquis idem Dauid ut quidam  
 præco clarissima uoce præditus ex alto & cele-  
 bri aliquo loco apposite exclamat, nos graui cor-

*Psal. 83. b.*

de homines & diligentes mendacium appellans  
 ne ea, quæ uidentur , admodum complectamur,  
 ne ue aliud quã satietatem cibi & potus, qui cor-  
 rumpuntur, omnem, quæ hinc colligitur, felici-  
 tatem existimemus. id quod forte beatus etiam  
 Amos cogitans & aduersus eos qui humi serpsit  
 & boni uidentur, insurgens, Appropinquate, in-  
 quit, montibus æternis, surge, & ingredere, quo-  
 niam non est tibi hæc requies. Quæ sanè oratio  
 uerbis illis propemodum congruit, quibus Do-  
 minus & seruator noster cohortatur, Surgite, in-  
 quiens, abeamus hinc non undecim, illos tantum  
 ex uno illo loco abducens, ut posset aliquis existi-  
 mare, sed semper & omnes discipulos suos à ter-  
 ra terrenisq; rebus ad cælum cœlestiaq; inuitas  
 & trahens. rationem igitur aliquando sequamur  
 quæramus requiem illam; præsentem opulentiã  
 abiiciamus, siquid tamen in ea boni est , id tanq̃  
 lucrum sumamus, uidelicet ut elemosynis lucre-  
 mur animas nostras . Communicemus hæc bos-  
 na pauperibus, ut illa consequamur. Da partem  
 etiam animæ, ne carni tantum ; da partem etiam  
 Deo, ne mundo solum. subtrahe aliquid uentri,  
 quod spiritui sacres. Eripe aliquid ab igne, repo-  
 ne paululum aliquid a depascente flamma. Eripe  
 tyranno, & crede Domino. Da partes septem  
 uitæ huic, & octo ei, quæ post hanc nos est exces-

Matth. 26. d.

Ecl. 9. d.



ptura . Da paululum illi à quo multum habes;  
immo da quicquid habes ei, qui cuncta largitus  
est. nunquam Dei munificentiam uinces, etiam  
si uniuersa profuderis, & præterea te ipsum adiū  
xeris. id enim est accipere, quod Deo donas.  
Quantuncunque intuleris, plus semper relinqui  
tur, & nihil proprium dabis; quoniā à Deo sunt  
omnia. Ac quemadmodum umbram nostram su  
perare nobis non datur, quippe quæ tantū præit,  
quantum progredimur, & æqua portione sem  
per antecedit; neq; supra caput esse potest corpo  
ris magnitudo, cum illud semper corpori super  
positum sit: sic neque Deum largiendo uincere  
possumus. Neque enim quippiam largimur, q̄  
illius magnificentiam & liberalitatem antecedit.  
Confidera, unde fit tibi id ipsum, quod es, quod  
spiras, quod sapis, & id quod maximū est, quod  
Deum cognoscis, quod speras regnum cælorum,  
æqualem angelis dignitatem, perfectam, purāq;  
gloriæ, quam nunc in speculis & ænigmatibus  
cernis, contemplationem; quod factus es filius  
Dei, coheres **C H R I S T I** (audacter dicā)  
& Deus ipse. Vnde tibi hæc omnia, & à quo; uel,  
ut parua & quæ oculis cernuntur, persequar; quis  
tibi concessit, uidere pulchritudinem cæli, Solis  
cursum, circulum lunæ, multitudinem stellarum,  
& qui in iis omnibus, tanquam suauissimus quia  
dam

dam in lyra concentus ordoq; seruatur? Quis ho-  
rarum uarietates, temporum uicissitudines, circui-  
tus annorum, æqualem diei noctisq; partitionē,  
fructus terræ, aëris amplitudinem, maris accedē-  
tis recedentisq; profunditates, flatus uentorum?  
Quis imbres, agriculturam, alimenta, artes, do-  
micilia, leges, rerum publicarum administratio-  
nes, mansuetam uiuendi societatem hominum in-  
ter se? unde tibi animalia partim ad usus uitæ  
mansuefacta sunt, partim ad uescendum concessa?  
Quis te dominum regemq; constituit omnium  
quæ sunt in terra? Quis deniq; ne singula enu-  
merem, omnia quibus homo cæteris antecellit,  
largitus est? nonne hic, qui nunc ante omnia, &  
pro omnibus abs te petit, ut sis benignus, ut mi-  
sericors, ut humanus? deinde non erubescimus,  
si, cum ab ipso tam multa & acceperimus, & expe-  
ctemus, ne unum quidem hoc Deo humanitatis  
ueluti tributum pendamus? ille nos à feris seiun-  
xit, & ex omnibus animantibus quæ sunt super  
terram solos ratione decorauit; ipsi autem nos ef-  
ferabimus? adeo ne deliciis corrupti sumus, aut  
insanimus, aut (quomodo id dicam non habeo)  
ut simulac panem asperum & cibarium, eumq;  
fortasse etiam maligne suppeditauerimus, conti-  
nuo nos illis natura quoque præstantiores exi-  
stimemus? atque ut fuisse olim quoddam genus

E

Gen. 10.

gigantum ex fabulis audimus, quod reliquis ho-  
minibus præcelleret; sic nos item inter hos subli-  
mes & plusquam homines erimus: ut Nimrod  
ille, uel genus Enoch, quod olim exclusit Israëlē,  
aut illi propter quos eluuiio terram expurgauit.  
Ille cum sit Deus & dominus, uocari pater non  
erubescit, nos genere nobis coniunctos abnega-  
bimus: ne utquam, o amici & fratres mei; ne si-  
mus mali dispensatores eorum, quæ nobis com-  
missa sunt, ne ue audiamus Petrū dicentem: Era-  
bescite, qui detinetis aliena, & imitami-  
niamini æquitatem Dei, & nullus erit pauper. parandis tuen-  
disq; diuitiis ne laboremus, cum alii premantur  
egestate, ne inuehatur in nos, & acerbius com-  
minetur tum diuinus Amos his uerbis: Agē nūc  
qui dicitis, aliquando transibit mensis, & uenun-  
dabimus etiam sabbatis, & horrea ac cellas ape-  
riemus. & quæ sequuntur. propter quæ cōtra eos,  
qui magnam & paruam staterā habent, ira Dei

Cap. 8. a.

In Michæa id  
nō inuenitur,  
sed in Amos  
cap. 6. quare  
arbitror codi-  
cem græcum  
corruptum es-  
se.

concitatur: tum beatus Michæas eandem ipsam  
fortasse luxuriam insectans, tanquam ex satieta-  
te contumelia nascatur, & delicias ac mollitiem  
eorum, qui in lectulis eburneis degunt, seq; ex-  
quisitis unguentis oblectant, & teneris uitulis ex  
armentis hædisq; ex gregibus sumptis impingū-  
tur, & ad organorum uocem plaudunt, ac præte-  
rea stabile quicquam ex his esse & firmum arbi-

trantur. Sed ista forte non tam grauiã putat, q̄  
q̄ ipsi in deliciis uersantes nulla Ioseph calamita-  
tis commiseratione tanguntur. id enim ad luxu-  
riã reprehensionem adiungit. Quod ne contin-  
gat nobis, ne simus adeo deliciis ac uoluptatibus  
addicti, ut etiam contemnamus humanitatem le-  
nitatemq̄ Dei, qui uehementer iis indignatur, et  
si non statim, neq̄ simulac flagitiũ admissum est  
iram exerceat aduersus peccatores. imitemur  
supremam illam & primam legem Dei, qui pluit  
super iustos & peccatores, & solem similiter omni-  
bus oriri facit, qui animantibus & terrenis expã-  
dit dicauitq̄ terram, & fontes, & fluuios, & syl-  
uas; & pennigeris aërem; & aquatilibus aquam:  
primasq̄ uiuendi cunctis largitus est facultates  
nulli subiectas principatui, nullis legibus circum-  
scriptas, nullis terminis definitas, sed tum cõmu-  
nes, tũ pprias, & copiosas, ac nulla præterea re de-  
ficientes, ut & æqualẽ naturã honorẽ æqualitate  
muneris honestaret, & benignitatis suã diuitias  
ostenderet. At homines auro, argento, preciosiori  
ac minus necessaria ueste, lapillisq̄ splendidioribus  
defosis, belli, seditionũ, præcipuãq̄ dñatio-  
nis insignibus tollũt supciliũ, & paupibus sibi na-  
tura coniunctis ita claudũt misericordiã fores, ut  
iis. ne ex rebus qdẽ supfluentibus ac redũdãtibz  
uelint necessaria subministrare. o stultitiam, o im-

Amos. 6. b.

Matt. 5. g.

Gen. 2. 6.

peritiam hominum, qui ne illud quidem cogitēt paupertatem, opulentiam, & quam libertatem uocamus, seruitutemq̄, & alia id genus nomina non fuisse principio; sed postea simul cum malitia, cuius inuenta sunt, ad homines tanquam pestes quasdam peruenisse. initio enim, ut scriptura testatur, non fuit sic, sed qui ab initio formauit hominem, liberum, suiq̄ iuris & diuitem unica tantum indicta præcepti lege in paradisi deliciis dimisit eo consilio, ut omnes deinceps posterī eodem libertatis munere fruerentur. Itaque libertas & diuitiæ à sola illius mandati pendebant obseruantia, ut uera paupertas & seruitus ab eiusdem transgressione. ex quo inuidia, & lites, & dolus serpentis dominatus semper illecebra uoluptatis alliciens, & aduersus imbecilliores concitans eos, qui audacia præstant, scidit id, quod naturali cognatione coniunctum & unum erat; in nomina diuersitates, & generis nobilitatem auaritia confregit, legem sanciens, qua principatum tueretur ac defenderet. Verum intueretur mihi primam illam æquabilitatem, nō ultimam istam diuisionem, non dominatoris legem, sed creatoris. Opitulare naturæ quantum potes, primam libertatem cole, te ipsum uerecundare, ignobilitatem generis contege, morbo subueni. Tu, qui uales, qui abundas, a grotantis, egentisq̄ mi

seriam & tenuitatem sustenta: qui non offendi  
sti, prolapsum collisumq; subleua: qui latus es,  
mœrentem consolare: qui rebus secundis frue-  
ris, aduersis fractum & laborantem adiuua: age  
gratias Deo, & signum aliquod præbe grati ani-  
mi, quod unus eorum es, qui benignè facere pos-  
sunt; non qui benignitatē coguntur implorare.  
quod non respicis ad alienas manus, sed alii ad  
tuas. non rei familiaris tantum, sed pietatis diui-  
tias para: non aurum modo, sed etiam uirtutem,  
immo solam potius uirtutem. Esto proximo no-  
bilio, maiori utens liberalitate. Esto indigenti  
Deus, imitans misericordiam Dei. nihil enim  
æque diuinum habet homo, quam quod miseri-  
cordia benignitateq; utitur. licet enim maiora  
Deus, homo minora beneficia tribuat, uterq; ta-  
men pro sua, ut arbitror, facultate. ille fecit, & so-  
lutum iterum componit, tu cadentem ne despexe-  
ris. Ille misericordiam ostēdit in rebus maximis  
super omnia legem tradens, prophetas; cum ta-  
men antea naturæ legem dedisset exploratricem  
actionum, redarguens, admonens, erudiens; ad  
extremum seipsum. precium redemptionis præ-  
bens pro mundi uita, largitus Apostolos, euange-  
listas, doctores, pastores, curationes, miracula, re-  
ditum ad uitam, mortis interitum, de uictore tri-  
umphum, testamentum in tenebris, testamentum

in tenebris, testamentum in ueritate, spiritus sancti partitiones, nouæ salutis mysterium. Tu igitur si potes maiora illa beneficia conferre, quæ ad animam pertinent (fecit enim te Deus diuitem etiam in eo genere, modo uolueris) si igitur potes, ne desistas ab eiusmodi beneficentia. Sed primum ac potissimum petenti te tribue, immo antequam petaris, tota die miserans & rationes colligens, repetens id quod commodasti cum fœnore accessionis, quam solet adiungere is, qui subleuatur, paulatim in seipso augens pietatis semina. Sin autem hæc maiora non potes, at secunda & minora illa confer, quæ facultates tuas non extendunt, ser opem, alimentum præbe, præbe uesupertum aliquod, medicamentum affer, alliga uulnèra, interroga aliquid de calamitate, de tolerantia disserere, accede confide, nō tuades ppea te ipso deterior, cōtagio nō inquinaberis: & si illi, qui sunt deliciores, rōnib. uanis decepti id suspicant, uel potius eiusmodi defensione ignauiā, seu ipicitatē suā tegunt ac uelāt, ad timiditatem ueluti ad magnū ac sapiens aliquod p̄fidiū cōfugiētes. Ceterū ab ea re nullū esse piculūcū ratio ipsa tū medicorū pueri, & domestici agrotatiū ipsorū ministri tibi fidē faciāt, quorū nulli unq̄ fraudi fuit ad illos accessisse. Tu uero o serue Christi, & arbator deū atq; hominū, quīs res formidabilis, cauendā quīs

deatür, nihil ígeherosi cõmiseris: fidēs tibi animũ  
 & audaciã p̄beat, uincat formidinē misericordial,  
 argumentis carnalibus p̄stet pietas, ne cõtēpseris  
 ne p̄terieris, ne tanq̄ sc̄elus, tanq̄ piaculũ, tanq̄ rē  
 fugiendã detestandãq; fratrē auerteris. Tuum est  
 membrũ, quanuis calamitate torqueatur. tibi dē  
 relictus est pauper tanq̄ Deo, licet magno admo-  
 dum animo p̄tercurras (fortasse. n. te flectã his  
 uerbis) tibi p̄ponit humanitatis argumentum,  
 q̄uis a benefaciendo te deterreat inimicus. Quē  
 admodum ois qui nauigat, p̄pe naufragium est,  
 tãtoq; p̄pius quãto audacius id facit; ita quicum-  
 q; circũseptus est corpore, p̄pius & obnoxius  
 est corporis calamitatib; & eo magis, quo elatius  
 icedit, nec respicit eos, qui ante se iacent. dũ uētia  
 secundis nauigas, da manũ illi, qui naufragiũ fe-  
 cit; dũ sanus ac diues es, i miseria p̄stitutũ aplecto-  
 re. Noli expectare, ut in te ipso p̄discas, q̄tũ sit ma-  
 lũ inhumanitas, & quale bonum sit, egētib; ap̄-  
 re uiscera misericordia. ne uelis tollere manus ad  
 deũ p̄tra eqs, qui supbiũt, & p̄tercurrunt paupes;  
 sed in aliehis calamitatibus erudiare. Da aliquid  
 uel exiguum in op̄i: nō erit exiguum ei, qui resq;  
 oium eget; ne deo quidem, mō p̄ facultate tribua-  
 tur; loco magni muneris affert p̄solationē. si nihil  
 habes, collacryma. magna calamitose medicina  
 misericordia ex animo p̄ficiscens. Vera q; & syna



cera commiseratio magnam doloris & miseria  
 leuationem affert: uiliorem iumento hominem es  
 se non dices, o homo; quod tamen si in foueam  
 ceciderit aut aberrauerit, lex iubet, ut erigas, &  
 reducas. Equidem utrum eo mandato, ut saepe fit,  
 in duplici legis profunditate etiam aliud quippiam  
 magis reconditum abscondatur, haud facile dixe  
 rim, neque enim est meum id scire, sed spiritus il  
 lius, qui scrutatur & cognoscit omnia: quantum  
 autem ego ingenio rationeque comprehendere pos  
 sum, idcirco praecipuum id arbitror fuisse, ut ab  
 exercenda paruis in rebus humanitate nos ad  
 perfectiorem maioremque perduceret. Quales enim  
 erga eos, qui eiusdem nobiscum sortis conditio  
 nisque sunt esse nos oportebit, cum tales aduersum  
 bruta esse debeamus: Haec quidem, quae tum ra  
 tio, tum lex iubet, modestissimi quique homines,  
 qui & dare quam accipere praestantius, & lucro  
 misericordiam potiore existimant, comprobau  
 bunt. Sed quid de istis, qui sunt apud nos sapien  
 tibus dices: omitto .n. externos illos, qui Deos  
 sibi, quum caeteris affectionibus, tum lucro, cui  
 primas tribuunt, patrocinantibus confinxerunt.  
 etenim, quod magis etiam impium est, & immo  
 lare homines quibusdam daemoniis fas esse pu  
 tant nationes quaedam; ut apud eos sit pietatis ge  
 nus immanitas, qui eiusmodi sacrificiis & ipsi  
 gaudeant,

gaudeant, & Deos suos delectari putent nefarii  
nefariorum sacerdotes & ministri. Vchos igitur  
omittamus, sunt quidam e nostris, quod quidem  
lacrymis dignum est, qui tantum absunt a com-  
miserandis subleuandisque miseris calamitosorum,  
ut eos acerbis etiam contumeliis afficiant, & op-  
pugnent, quin etiam ea de re philosophantur, sed  
uanis stultisque rationibus, quippe qui terrena pla-  
ne inaniaque & absurda loquantur prudentium  
auribus indigna & a diuinis decretis abhorren-  
tia, audent enim dicere Deum illorum miseriam  
causam esse, tandem item nostram felicitatis au-  
thorem. Quis autem sum ego, qui solvam decre-  
tum Dei, & Deo benignior videar? doleant, ege-  
ant, affligantur, sic uisum superis, ubi tantum sunt  
pii, ubi pecuniam parcendum est; aut petulanter et  
contumeliose quippiam aduersus miseros facien-  
dum. Quod autem secundas res suas acceptas  
Deo non referant ex eorum uerbis facile coniti-  
ei potest. Quis enim sic animo cogitationeque ad-  
uersum inopes affectus esset, qui Deum bono-  
rum, quae ipse possideat, largitorem agnosceret?  
Eiusdem enim est, & Deo acceptum referre quic-  
quid habet, & eo, quod habet, uti ex Dei senten-  
tia. Illorum uero calamitates utrum a Deo profe-  
cta sint, nondum constat, donec a seipsa materia  
tanquam in fluxu confusionem profert. Quis au-  
tem nouit, utrum hic propter flagitia puniatur,

ille quod laude dignus sit extollatur, an contra  
potius & qui effertur, propter scelera efferatur,  
& qui poena afficitur, propter uirtutem probet.  
ut scelestus quanto magis tollitur in sublime, tã  
to grauius etiam cadat, cum illi prius permittat  
quasi morbum quendam efferre nequitiam suã,  
ut iustius afficiatur supplicio: probus autem etiã  
innoxius plectatur, ut tanquam aurum in forna  
ce probatum, siquid uitii reliquum habet, eiiciat  
mundus. n. à peccato nullus omnino in mortali  
duntaxat genere, quemadmodũ audiuius, quã  
uis melior uideatur. Tale enim inuenio etiam in  
diuina scriptura mysterium. Sed longum esset  
enumerare spiritus uoces, quibus in hanc senten  
tiam adducor. Quis enim arenã maris, quis gut  
tas aquæ, & profundi magnitudinẽ dimetiatur?  
Quis cunctis in rebus ualeat inuestigare sapien  
tiam Dei, per quam omnia & fecit, & gubernat  
eo modo, quo ipse & uult & scit. Satis est enim  
ut secundum diuinum apostolum, admirantes il  
lius rationem, quam nulla mentis intentione cõ  
iectura ue assequi possumus prætereamus. O al  
titude diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quã incõ  
prehensibilia sunt iudicia illius, & imperuestiga  
biles uia eius. Quis. n. nouit sensum dñi, ad tera  
minos aut sapientiæ illius quis peruenit: ait Iob.  
Quis sapiens & cognoscet hæc? & non metietur  
re incomprehensibili id quod est super mensurã?

Rom. cap. 2. d

45  
alius igitur audacter animoseq; de his pronũcia  
ret, nẽ nullus potius. Ego certẽ nõ ausim aut ma  
liciositati supplicium imputare, aut pietati lenitatẽ.  
Merum aliquid nonnunq; utilitatis affert, ut vel  
ĩmprobitate cæsa cernatur malorum impatiẽtia,  
uel correctã uirtute patientia meliorum. Sed ita,  
ut id neq; in omnibus, neq; perpetuum sit. Certa  
uero iustitiæ ratio in futurum tempus seruatur;  
quo sanẽ tempore pro suis quisq; uel uirtutibus  
uel uitis aut p̃mia feret, aut pœnas dabit. Resur  
gent. n. (inquit) hi quidem in resurrectionẽ uitæ  
illi uero in resurrectionem iudicii. In iis autem,  
quæ ad uitam hanc pertinent, cũ illuc omnia ten  
dant, expedit ut alia forma regulaq; teneat, quæ  
cum apud deum æqualis omnino certaq; sit, nos  
bis tamen uideatur inæqualis & incerta. Quem  
admodum in corporibus fit, in quibus cum alia  
emineant, alia depressa sint, alia sint magna, alia  
parua: & item in terra, quæ cum alibi tollatur, ali  
bi deprimatur, ex partium tamen tam diuersa  
rum apta inter ipsas compositione mirabilis pul  
critudo consurgit. idem accidit in iis rebus, quæ  
hominum opera & arte conficiuntur. Quam  
enim materiam artifex cum adhuc rudis sca  
braq; esset, aptam commodamq; iudicabat, si ad  
operis alicuius apparatus accommodaretur, tũ  
demum nos quoque talem esse intelligemus, &  
confitebimur, cum eam artificis manu cernemus

absolutam alicuius formæ pulchritudinem suscepisse, Sed neque ille aris est imperitus, ut nos, neq; propterea temere inordinateq; agit, q̄ non item nobis ratio cognita, perspecta q; sit. Quod si huiusce nostræ affectionis & morbi similitudinē afferre uolumus, nauseantibus astuantibusq; nō admodum dissimiles sumus, quibus omnia uerti uidentur, cum ipsi soli uertantur. Sic etiam ille, de quibus institutus est sermo: non enim patiuntur Deum esse sapientiozem, quam ipsi sint, si in reddenda ratione eorum, quæ contingunt, hæsitauerint. Cum oporteat uel laborare in uestiganda ratione, si forte studio laboreq; possit ad ueritatem perueniri: uel de iis cum sapientioribus & magis spiritalibus colloqui; cum illud quoq; sit Dei munus, neq; ad omnes cognitio spectet uel puritate uitæ ipsam uenari, & ab ea, quæ uere sapientia est, sapientiam quærere. Nunc autē isti, prohi imperitiam, ad id quod in promptu est, sese uertunt, & temeritate omnia regi mentiuntur, propterea quod ipsi rationem, & causas non didicerunt, & imperitia sunt sapientes; uel sapientia (ut ita dicam) nimia insipientes & stulti. Hinc quidam fortunam & calum excogitauerunt, inuenta profecto temere casuq; conficta. alii fidem uim rationis expertem atq; insolubilem arbitrati suo res nostras implicantium, atq; adeo implicationem ipsam cogentium, & errantium

quorundam minimeq; errantium congressus recessusq;, & proprium uniuersi motum. alii, ut quod cuiq; ueniebat in mentem infelici hominum generi tradentes addiderunt, ea, quæ ad ipsam prouidentiam pertinent, penitus abstrusa arcanaq; in diuersas opiniones & nomina dispertientes. Nonnulli Prouidētiam quidem, sed ualde angustam, malignamq; cognouerunt. Si quæ supra nos sunt prouidentia regi existimarunt, ad nos usq; deducere, qui ea maxime indigemus, non sunt ausi. ueriti, credo, ne Deum ipsum uiderent nimis bonum & benignum ostendere, si de pluribus bene mereretur, aut ne defatigaretur, si in tam multis benignitatem exerceret. Sed isti quidem, ut dixi, reiecti sunt, quoniam & recte ipsos præuertens ratio uita est. Rom. 1. 6. Euanuerunt, inquit, in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei fabulis quibusdam, & tenebris prudentiam, quæ cuncta complectitur, dedecorantes. Nos autem neq; eiusmodi monstra atq; portēta proferamus, si modo rationis participes ministriq; curam ipsius aliquam habemus; neque ea proferentibus acquiescamus, quanuis orationis cursu eaq; linguæ uolubilitate utantur explicandis rationibus ac sententiis suis, ut etiam inanitate ipsa delectēt. Verum tum rerum omnium credamus effecto-

rem esse ac procreatorē deum: quō modo, n. uni-  
uersum aliter subsistere potuisset, si illius substā-  
tiæ naturēq; nō extaret author & coaptator: tū  
prouidentiam ipsius esse uniuersi conseruaticā  
moderatricemq; contendamus, quoniam ea quæ  
authorem habent moderatorem etiam habere  
necesse est, alioquin uniuersitas ipsa si sponte sua  
ueluti nauis à tempestate ferat, soluetur cōtinuō  
perturbato materiæ ordine disrumpeturq; & in  
pristinam illam confusam inornatamq; molem  
redigetur. Et quum rebus omnibus tum iis potif-  
simum, quæ ad nos pertinet, præesse, prouiderēq;  
nostrum credamus siue factorem, siue creatorem  
uis appellare, licet uita nostra per contraria & id  
circo forte etiam incognita traducatur, ut cogni-  
tionis difficultate rationē in primis admiremur.  
Quicquid enim facile percipit facile etiā cōtem-  
nitur. Quod uerò captū hominis superat, quāto  
difficilius cognitu, tāta est admirabilius. & id, q;  
cupimus quo magis nos fugit, eo maiori accen-  
dimur assequendi cupiditate. Neq; sanitatem igitur  
admiremur omnem, neq; morbum despicias-  
mus, neque diuitiis fluentibus faueamus rei flux-  
uæ magis inhaerentes quam æquum est, eiq; tān-  
quam animæ partem impendentes, neq; pauper-  
tatem ut rem omni ex parte despectam damna-  
tamq; & inuisam insectemur, sed sciamus & sani-  
tatem stultam despiciere, cuius fructus peccatum

est: & morbum pium honorare, in precio hono-  
reque habentes illos, qui per affectum uicerunt,  
ne quis etiam alicubi Iob inter ægrotantes lateat  
magis quàm ipsi ualentes uenerandus colendusque,  
quanuis sanie scateat, quanuis nocte dieque sub  
dicio misere degat à plaga, ab uxore, ab amicis di-  
scruciatus. discamus etiam diuitias iniustas repu-  
diare, propter quas merito laborat in flamma di-  
ues ille, petitque stillam exiguam refrigerationis:  
& laudare paupertatem, per quam seruatur La-  
zarus, & abundantique quiete fruitur in sinu Abra-  
hæ. Mihi uero ob id etiam necessaria uidetur  
humanitas, & erga inopes misericordia, ut i-  
stis, qui sic affecti sunt, silentium impona-  
mus, & ne rationibus uanis cedamus feren-  
tes contra nos legem crudelitatis. omnium  
autem mandatum obseruemus magis & exem-  
plum. Quod mandatum uidete quam con-  
stans & legitimum sit. Neque enim semel aut  
bis de pauperibus locuti uiri spirituales disces-  
serunt. neque partim etiam, partim non, aut  
aliqui magis, aliqui minus, tanquam de re haud  
magni momenti, neque admodum urgente, sed  
& omnes, & magno quisque studio, uel pri-  
mum uel in primis hoc iubent, & aliquando  
quidem hortantur, aliquando comminantur,  
nonnunquam etiam iurgiis agunt, & interdum  
eos, qui funguntur officio, commendant. Ut

LUC. CA. 16. 2.



*Pfal. 111. b.*  
*Pfal. 9. c.*

assiduitate recordationis mandatum exequi faci-  
ant, propter miseriam inopum, & gemitum pau-  
perum nunc exurgam dicit dominus, inquit Da-  
uid. Ecquis non formidet Dominum exurgentem ?  
& exurge Domine Deus meus, exaltetur manus  
tua, ne obliuiscaris pauperum. Exaltationem eius  
modi deprecemur, & ne uelimus uidere sublata  
manum aduersus contumaces, magis adhuc in-  
tensam contra duriores. & non oblitus est cla-  
morem pauperis. Et, oculi eius in pauperem re-  
spiciunt, qui sane aspectus melior, Dominoque con-  
uenientior est, quam ille, qui palpebris fit. palpe-  
brae autem eius interrogant filios hominum, qui  
deterior intuitus est. At, dicet aliquis, pro paupe-  
ribus & mendicis illis haec dicta sunt, qui iniu-  
ria afficiuntur. non nego. Verum id ipsum te sti-  
mulet ad humanitatem. quibus enim laesis tantus  
est sermo, multo maior profecto gratia erit, si sub-  
leuentur. Nam si is, qui pauperem despicit, eum  
a quo factus est pauper, ad iram concitat; ille ef-  
fectorem honorat, qui complectitur opus eius.  
rursus si quando audieris, Diues & pauper ob-  
uiauerunt sibi, ambos autem Dominus fecit: ne  
pauperem & diuitem ita suscipias, ut aduersus pau-  
perem magis consurgas. nondum enim perspi-  
cuum est, utrum a Deo sit talis distinctio. factura  
utique Dei sunt ambo, etsi, quae sunt extrinsecus,  
inæqualia uideantur. Illud te ad commiserandum

*Prou. 22. 4.*

& com:

& complectendum fratrem adducat, ut quando  
bonis illis extraneis extolleris, ab ea te corripia-  
ris, & te ipso modestior fias. Quid præterea: feceratur Deo, inquit, qui miseretur pauperis.

Prover. 19. c.

Quis recuset eiusmodi debitorem redditurum  
in tempore cum scenore id, quod mutuum acce-  
perit? Eleemosynis & fide delentur peccata.

Expnemur igitur elemosynis expurgemus hæc  
pulchra herba sordes animarum & maculas, & ef-  
ficiamur candidi, ubi quidem ut uellus, alii ut mix  
pro portione misericordiae dicam aliquid etiam  
formidabilius. Etsi nihil contractum, nihil contu-  
sum habes, & si nullum tibi uulnus ardens, nula  
lepra animæ, nullum contagii signum aut oba-  
scurum aut perspicuum, quæ parum lex expia-  
bat, sed **CHRISTO** indigent curatore;

tu tamen eum, qui uulnera, qui languores no-  
stros pertulit, reuerere, reuerereberis autem, si  
**CHRISTI** membris benignus & huma-  
nus uideberis. Quod si te latro & tirannus ani-  
marum nostrarum adeo uulnerauit, uel ab Hieru-  
salem in Hierico descendentem, uel abibi in  
nem & imparatum adortus, ut iure possis dice-  
re. putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à  
facie insipientiæ meæ. Si tum ita sis affectus, ut  
neque curationem inquiras, & medicinæ ratio-  
nem nullam scias, te miserum uere letali uulnere

psal. 37. d.

G

re laboras, & ad extremum calamitatum redas:  
 ctus es. Siu. animum nondum omnino desponsi-  
 disti, neque res ita male habet, ut non etiam ad  
 huc medicinæ aliquis relictus sit locus, accede ad  
 medicum, supplica illi, uulnera uulneribus cura,  
 re simili similem assequere, immo minoribus  
 maiora sana. Dicit animæ tuæ, salus tua ego sum.  
 Et fides tua te saluum fecit, & ecce sanus factus  
 es, & omnia: humanitatis uerba, modo uideat te  
 humanum in illos, qui in miseria sunt constituti.  
 Beati, inquit, misericordes; quoniam ipsi miseri-  
 cordiam consequentur. frequens est in beatitudi-  
 nibus misericordiæ mentio. Beatus qui intelligit  
 super egenum & pauperem. Et bonus uir, qui  
 miseretur & commodat. & tota die miseretur &  
 & commodat iustus. rapiamus beatitudinē, pru-  
 dentes uocemur, benigni efficiamur, ne nox qui  
 dem interrumpat misericordiam tuam. ne dixe-  
 ris: abi & reuertere, & cras dabo tibi. inter animi  
 motum & beneficentiam nihil medium interce-  
 dat. Sola namque humanitas nullam suscipit di-  
 lationem. Frange esurienti panem tuum, & erran-  
 tes & uagos introduc in domum tuam, & hæc  
 præsta cum animi alacritate. Qui miseretur, in-  
 quit, in hilaritate. Et quod prompto animo præ-  
 betur, duplicatur. Nam quod ex moestitia & ne-  
 cessitate prouenit, ingratum est & inuenustum.

201

*Psal.* 34. d.

*Luc.* 8. 6.

*Io.* 5. c.

*Math.* 5. a.

*Psal.* 40. d.

*Psal.* 3.

*Psal.* 36. e.

*Proverb.* 3. d.

*Esa. cap.* 58. c.

*Rom.* 12. b.

Cum lætitia non cum lactu benignitas exhibenda est. Si sustuleris de medio tui obligationem, inquit, & ordinationem (anxiam animi diligentiam intelligo) & probationem & hæsitantiam & uerbum murmurationis, quid magnum & mirabile tum fiet? qualis & quanta huius rei merces erit? erumpet, inquit, matutinum lumen tuum, & sanitates tuæ cito orientur. Quis non expetit lumen & sanitatem? obseruo autem & ueneror **C H R I S T I** sermonem, qui nos ad alendos pauperes exhortatur, Pauli & Petri eodem tenentes sententias; quod euangelium diuidentes participes effecerunt pauperes, & adolescentis illius perfectionem ea re definitam atque præscriptam, ut bonâ in pauperibus daret. Putas te non necessitate sed uoluntate ad exercendam humanitatem adduci? ego quoque uehementer id cupiebam, sed terret me sinistra illa manus, & hæc illi, & quæ exprobrantur ab astante in eo ordine damnatis, non quod furtum, sacrilegium, uel adulterium, uel aliud quippiam eorum, quæ sunt interdicta, commiserint, sed quod **C H R I S T V M** in pauperibus non susceperint. Quamobrem, serui **C H R I S T I** & fratres, & cohæredes, dum tempus est **C H R I S T V M** uisitem us, **C H R I S T O** ministremus, **C H R I S T V M** alamus, **C H R I S T V M** induamus,


G ii

CHRISTVM hospitemur; CHRIS-  
 TVM honoremus; neque mensa tantum,  
 ut quidam: aut unguentis ut Maria: neque sepul-  
 cro solim, ut Ioseph Arimathæus: neque iis re-  
 bus modo, quæ ad sepulturam pertinent, ut Ni-  
 codemus; quæ ex dimidia parte erat arcticus  
 CHRISTI, neque auro, thure, & myrrha  
 tantummodo, ut fecerunt Magi ante omnes il-  
 los; quos supra dixi: sed quando misericordiam  
 vult, & non sacrificium Dominus omnium, & in-  
 numerabilibus. agnis pinguibus præstat cõmise-  
 ratio & beneficentia, hanc illi per manus eorum  
 pauperũ, qui hodie humi prostrati iacent, offera-  
 mus, ut quando hinc decesserimus, recipiant nos  
 in æterna tabernacula in ipso CHRISTO  
 domino nostro; cui gloria in æternum. Amen.

Matth. 9. b.

Luc. 6. d.

FINIS.



VENEZIIS

M. D. XLVII.